



Per.  
Lat  
020

Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR.  
Budapestini, Üllői-út 71., ad quem epistulae et  
oooooo manuscripta mittantur. oooooo

Administrator ephemeridis ADALBERTUS DANCZER  
Budapestini, VIII., József-körút 48., ad quem  
oooo pecuniae quaecunque dirigantur. ooooo

Prodit Budapestini Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, semestris 2 coronae, extra Hungariam annuae 5 coronae, 5 M., 5 fr. 25 c.

## Resurrectio<sup>1</sup> perpetua.

Hallelujah!<sup>2</sup> Exultemus<sup>3</sup> et laetemur! Lux Tenebras vicit, superatum est Mendacium a Veritate. Christus proditus,<sup>4</sup> vexatus, crucifixus resurrexit, sicut praedixerat.

Hoc factum iure meritoque magni<sup>5</sup> momenti<sup>5</sup> habetur. Nam non modo documento<sup>6</sup> est<sup>6</sup> nobis originis divinae religionis Christianae, sed et fons pignus-que<sup>7</sup> evasit perpetuae resurrectionis, quod<sup>8</sup> ad<sup>8</sup> mentes cogitationesque hominum, ad societatem<sup>9</sup> vitae<sup>9</sup> familiamque, quod denique ad litteras, artes ac poësim attinet.<sup>8</sup>

Quod facillime demonstratur.<sup>10</sup> Illos duodecim simplices atque incultos<sup>11</sup> apostolos intuearis<sup>12</sup> oportet: sine potestate

ulla, solo Magni Magistri nomine armati ad animos hominum doctrinā Christi conciliandos<sup>13</sup> discedunt<sup>14</sup> et victoriam consequuntur. Tyranni illi crudelissimi, Nero, Domitianus, Diocletianus, Decius imperatores frustra innumerabiles martyres diversissimis necis generibus trucidari<sup>15</sup> iubent: imperium Romanum mille<sup>16</sup> annorum<sup>16</sup> ingenti cum fragore corrui Julianorum-que<sup>17</sup> non exigua



Raffael: Christus cum apostolis.

caterva inviti<sup>18</sup> exclamant: «Vicisti Galilae!»

1 feltáadás 2 héberül: dicsérjétek az Urat!  
3 ujjong 4 elárul 5 nagyjelentőségű 6 bizonyosságul  
szolgál 7 zálog 8 ami illeti 9 társadalmi élet 10 bizonyít  
11 tanulatlan 12 tekintetbe vesz 13 megnyer  
14 elszéled 15 lemészárol 16 ezeréves 17 Hitehagyott  
Julián, római császár 18 akaratuk ellenére

Profecto mirabilia<sup>19</sup> fides Christiana effecit.<sup>19</sup> Ubi antea potentes soli aestimabantur, imbecilli autem pedibus obtrebantur,<sup>20</sup> ubi scelus ad coelum tollebatur, honos<sup>21</sup> autem ludibrio<sup>22</sup> erat,<sup>22</sup> ubi denique paene omnia venalia<sup>23</sup> erant: ibi servus effertur,<sup>24</sup> pauperes a divitibus coluntur, humilitas atque innocentia,<sup>25</sup> castitas ac sui<sup>26</sup> devotio<sup>26</sup> valent.

At postea quoque mirabilia eduntur. Sanctus Leo ante portas Romae Attilam, «flagellum<sup>27</sup> Dei», sistit. Viri studio doctrinae Christi ardentis corda militum ferorum asperrima<sup>28</sup> molliunt: Franci superbi, Germani pertinaces<sup>29</sup> se<sup>30</sup> humiliant<sup>30</sup> et baptizantur,<sup>31</sup> Hungari indomiti<sup>32</sup> se dedunt. Mox exercitūs exoriuntur, qui fame laboribusque neglectis<sup>33</sup> maximo cum gaudio ad Terram Sanctam recuperandam<sup>34</sup> procedunt.


Ubique illucescit.<sup>35</sup> Ingenia firma evadunt, ut Carolus Magnus, Gregorius VII, Ludovicus IX; sancti nascuntur ut Agnes, Franciscus, Ladislaus noster; docti magnā scientiā existunt ut ille Copernicus, Newton,

Ampère. Artes audito<sup>36</sup> largiuntur<sup>36</sup> florent: Leonhardus Vinci et Michaelangelus, Tizianus et Raphael, Rubens et Murillo sententiis<sup>37</sup> Christianis concitabantur ad picturas pulcherrimas conficiendas; basilica s. Petri necnon aedes<sup>38</sup> Coloniae<sup>39</sup> cathedralis<sup>38</sup> propter religionem Christianam vivunt. Reviviscunt et Musae et miranda producunt carmina: Dantes conscribit Divinam Comoediam, Tasso Hierosolyma Liberata, Milton Paradisum Amisum, Zrinyi noster Obsidionem Szigetianam.

Omnia ubique instaurantur,<sup>40</sup> ubi fides Christiana firmiter instituit.<sup>41</sup> Hanc ob rem plurimi<sup>42</sup> resurrectionem Christi existimamus,<sup>42</sup> quae cuiusque regenerationis<sup>43</sup> sit fons inexhaustus.<sup>44</sup>

*Iulius Alleram dr.*

<sup>19</sup> csodákat művel <sup>20</sup> tapos <sup>21</sup> becsület <sup>22</sup> gúny tárgyá  
<sup>23</sup> megvásárolható <sup>24</sup> felmagasztal <sup>25</sup> önzetlenség  
<sup>26</sup> önfeláldozás <sup>27</sup> ostor <sup>28</sup> durva <sup>29</sup> keménynyakú  
<sup>30</sup> megalázkodik <sup>31</sup> keresztel <sup>32</sup> féktelen <sup>33</sup> semmibe  
vesz <sup>34</sup> visszaszerez <sup>35</sup> hajnalodik <sup>36</sup> hallatlan bő-  
ségben <sup>37</sup> eszme <sup>38</sup> székesegyház <sup>39</sup> Köln <sup>40</sup> meg-  
ujhodik <sup>41</sup> lábát megveti <sup>42</sup> korszakalkotónak tartjuk  
<sup>43</sup> ujjászületés <sup>44</sup> kimeríthetetlen.



## De Paulo divite et paupere.

Ante scholam stant, ludunt, currunt, clamant discipuli. Dimidia octava audiebatur; dodrantem<sup>1</sup> opperiantur,<sup>2</sup> dum ianitor<sup>3</sup> severus portam patefaciat.<sup>4</sup> Nonnullae sexagesimae<sup>5</sup> desunt... repente conticescunt<sup>6</sup> vocesque risusque, citatus currus\* automatus\* ante scholam consistit: descendit Paulus, quem tota schola, omnes discipuli norunt,<sup>7</sup> omnes discipuli oderunt et timent, quia Paulus — cui dicacitas<sup>8</sup> scholastica nomen Tarquinii indidit — superbus est, avarus, ferreus,<sup>9</sup> subdulus.<sup>10</sup> Cum advehitur curru

splendido, — quotidie aliquot sexagesimis ante «dodrantem» — contemptim<sup>11</sup> circumspicit discipulos, qui pedibus<sup>12</sup> itant<sup>13</sup> in scholam. Non habet in classe suā — quinta — amicum; neminem salutatur, a nullo salutatur; neminem amat, a nullo amat.

Nunc ut curru descendit, ex<sup>14</sup> improvise<sup>14</sup> prope accessit<sup>15</sup> ad eum Franciscus, qui filius est mercennarii<sup>16</sup> pauperrimi, et altero pede claudicat. Sed quia bonus est, iucundus et officiosus,<sup>17</sup> omnes discipuli eum amant. Cui amori maxime invidet<sup>18</sup> Paulus, qui contactu<sup>19</sup> Francisci vix animadverso iam in condiscipulum invehitur<sup>20</sup> et haud

<sup>1</sup> háromnegyed <sup>2</sup> vár <sup>3</sup> kapus <sup>4</sup> nyit <sup>5</sup> perc  
<sup>6</sup> elhallgat \* automobil <sup>7</sup> ismer <sup>8</sup> elmésség <sup>9</sup> szív-  
telen <sup>10</sup> alattomos <sup>11</sup> megvetőleg <sup>12</sup> gyalog <sup>13</sup> jár  
<sup>14</sup> véletlenül <sup>15</sup> jön <sup>16</sup> napszámos <sup>17</sup> előzékeny  
<sup>18</sup> irigyel <sup>19</sup> érintés <sup>20</sup> rátámad

*Dies irae...*

*Dies irae, dies illa*

*Solvēt<sup>1</sup> saeculum in favilla<sup>2</sup>  
Teste<sup>3</sup> David cum Sibylla.*

*Quantus tremor est futurus,  
Quando iudex est venturus,  
Cuncta stricte<sup>4</sup> discussurus!<sup>4</sup>*

*Tuba mirum spargens<sup>5</sup> sonum  
Per sepulcra regionum  
Coget omnes ante thronum.*

*Mors stupebit<sup>6</sup> et natura,  
Cum resurget creatura<sup>7</sup>  
Iudicanti responsura.*

*Liber scriptus proferetur,  
In quo totum continetur,<sup>8</sup>  
Unde mundus iudicetur.*

*Iudex ergo cum censebit,  
Quidquid latet,<sup>9</sup> apparebit,  
Nil inultum<sup>10</sup> remanebit.*

*Quid sum miser tunc dicturus,  
Quem patronum<sup>11</sup> rogaturus,  
Cum vix iustus sit securus?<sup>12</sup>*

*Rex tremendae<sup>13</sup> maiestatis,<sup>13</sup>  
Qui salvandos<sup>14</sup> salvas gratis,<sup>15</sup>  
Salva me, fons pietatis.*

*Recordare, Iesu pie,  
Quod<sup>16</sup> sum causa tuae viae,  
Ne me perdas illa die.*

*Quaerens<sup>17</sup> me sedisti lassus,<sup>18</sup>  
Redemisti<sup>19</sup> crucem passus,  
Tantus labor non sit cassus.<sup>20</sup>*

*Iustae iudex ultionis,<sup>21</sup>  
Donum fac remissionis<sup>22</sup>  
Ante diem rationis.<sup>23</sup>*

*Ingemisco<sup>24</sup> tamquam<sup>24</sup> reus,<sup>24</sup>  
Culpā rubet vultus meus,  
Supplicanti parce, Deus.*

*Qui Mariam<sup>25</sup> absolvisti  
Et latronem exaudisti,  
Mihi quoque spem dedisti.*

*Preces meae non sunt dignae,  
Sed tu, bonus, fac benigne,  
Ne perenni cremer<sup>26</sup> igne.*

*Inter oves locum praesta<sup>27</sup>  
Et ab hoedis<sup>28</sup> me sequestra<sup>29</sup>  
Statuens in parte dextra.*

*Confutatis<sup>30</sup> maledictis,<sup>30</sup>  
Flammis acribus addictis  
Voca me cum benedictis.*

*Oro supplex<sup>31</sup> et acclinis<sup>31</sup>  
Cor contritum<sup>32</sup> quasi cinis,  
Gere curam mei finis.*

★

*Lacrimosa dies illa,  
Qua resurget<sup>33</sup> ex favilla,*

*Iudicandus homo reus;  
Huic ergo parce, Deus.*

*Pie Iesu Domine,  
Dona eis requiem.*

*Thomas Celanus* 1250 körül írta ezt a világhírű egyházi éneket, melyet minden nyelvre, magyarra is («Napja Isten haragjának») lefordítottak.

<sup>1</sup> elpusztít <sup>2</sup> hamu <sup>3</sup> tanu lévén, tanuskodik <sup>4</sup> szigorúan ítélkezik <sup>5</sup> szór, «hallat» <sup>6</sup> hámul <sup>7</sup> teremtmény <sup>8</sup> tartalmaz <sup>9</sup> rejtve van <sup>10</sup> bosszulatlan <sup>11</sup> pártfogó

<sup>12</sup> biztos <sup>13</sup> félelmetes felségű <sup>14</sup> megmentendő <sup>15</sup> kegyelemből <sup>16</sup> hogy <sup>17</sup> keres <sup>18</sup> fáradt <sup>19</sup> megvált <sup>20</sup> hiába-való <sup>21</sup> bosszú <sup>22</sup> bocsánat <sup>23</sup> számadás, ítélet <sup>24</sup> felsőhajtók, mint egy vádlott <sup>25</sup> Magdolna <sup>26</sup> cremo éget <sup>27</sup> nyujt <sup>28</sup> bak <sup>29</sup> elkülönít <sup>30</sup> rácsfal az elvetemültekre <sup>31</sup> könyörögve, leborulva <sup>32</sup> összezúzott <sup>33</sup> föltámad.


dubie ad pugnam ventum esset, nisi ceteri supervenissent...

Nostri rem parvam paene obliti sunt, cum uno die sine curru, sine servo, iam pedibus, solus et oculis fletū rubentibus<sup>21</sup> Paulus in scholam venit. Primo neminem alloqui ausus est, sed humanitate<sup>22</sup> ceterorum confirmatus<sup>23</sup> ad Franciscum conversus singultans<sup>24</sup> enarrat patrem repente mortuum nullas fortunas reliquisse, matris nunc fratrumque ac sororis spem unicam se esse; rogare condiscipulos, ut sibi ignoscant.<sup>25</sup>

Omnes nunc Paulum adibant,<sup>26</sup> manum eius prensabant,<sup>27</sup> qui brevi tempore intellexit se paupertate fractum ab omnibus et magistris et discipulis diligere.

*F. Drecol.*

<sup>21</sup> vörös <sup>22</sup> részvét <sup>23</sup> felbátorít <sup>24</sup> zokog <sup>25</sup> megbocsát <sup>26</sup> hozzámegy <sup>27</sup> megfog.



**LECTORIBUS MINIMIS.**

**Herculis XII labores. II.**

Deinde cervum<sup>1</sup> cornibus<sup>2</sup> aureis<sup>2</sup> totum annum persequens defatigat,<sup>3</sup> defatigatum comprehendit<sup>4</sup> et vivum ad Eurystheum deportat. Simili modo aprum<sup>5</sup> Erymanthium, beluam<sup>6</sup> terribilem, in profundam<sup>7</sup> nivem coactam<sup>8</sup> capit et interimit.<sup>9</sup>

Postea uno die Augiae regis bubile<sup>10</sup> purgat:<sup>11</sup> destruit<sup>12</sup> enim fundamenta<sup>13</sup> aedificii, in quo per complures annos maximus nu-

<sup>1</sup> szarvas <sup>2</sup> arányszarvú <sup>3</sup> kifáraszt <sup>4</sup> megragad <sup>5</sup> vadkan <sup>6</sup> vadállat <sup>7</sup> mély <sup>8</sup> belehajszol <sup>9</sup> megöl <sup>10</sup> istálló <sup>11</sup> kitisztít <sup>12</sup> lebont <sup>13</sup> alap

merus bovim fuerat. Ab unā parte monitū<sup>14</sup> Iovis fluvios Alpheum et Peneum immittit et ex altera parte iis exitum<sup>15</sup> aperit.<sup>15</sup>

Erat haud longe ab urbe Stymphalo palus,<sup>16</sup> quam densa silva cingebat,<sup>17</sup> latebantque in ea palude et silva plurimae aves, quae pennas pro sagittis iaculabantur<sup>18</sup> iisque homines et bestias vulnerabant. Has aves iussu Eurysthei interficit, sonitu crepitaculorum<sup>19</sup> ex arboribus eas excitans<sup>20</sup> et in aëre conficiens.<sup>9</sup>

Tum taurum, quem luctatione<sup>21</sup> superaverat, vivum ex Creta insula in Graeciam perduxit.



Postea imperio<sup>22</sup> Eurysthei obediens<sup>23</sup> in Thraciam ad Diomedem regem proficiscitur.

Is habebat quattuor equos, qui carne<sup>24</sup> humana vescebantur,<sup>25</sup> propterea catenis<sup>26</sup> aëneis<sup>26</sup> ad praesepe<sup>27</sup> vincti erant.<sup>28</sup> Hos quoque vivos abduxit; regem, qui cum manu<sup>29</sup> armatorum ipsum persequabatur,<sup>30</sup> necavit militesque eius fugavit.<sup>31</sup>

Deinde Hippolytae, reginae Amazonum, quae diligentissime laudem<sup>32</sup> rei<sup>32</sup> bellicae<sup>32</sup> conservare<sup>33</sup> studebat, balteum<sup>34</sup> detraxit<sup>35</sup> et ad Eurystheum portavit.

Denuo<sup>36</sup> mittitur in Hispaniam ad Geryonem, qui tria pectora,<sup>37</sup> totidem capita et sex brachia<sup>38</sup> supra unum ventrem<sup>39</sup> gerebat. Eius boves formosissimos<sup>40</sup> abigere<sup>41</sup> debet; perficit<sup>42</sup> mandata,<sup>43</sup> Geryonem uno telo transfigit, salvus cum bobus ad Eurystheum revertitur.

Hic miratus,<sup>44</sup> quod Hercules semper ex periculis istis servabatur, accuratissime<sup>45</sup> eligit rem, quam periculosissimam omnium putabat imperatque ei: Decerpe<sup>46</sup> aurea Hesperidum poma<sup>47</sup> eaque mihi celerrime trade. Ne locum quidem indicavit,<sup>48</sup> ubi poma illa nascerentur.<sup>49</sup> Itaque Hercules totum fere<sup>50</sup> orbem terrarum peragravit et innumerabiles in una illa expeditione<sup>51</sup> patiebatur labores.

Inter ea pericula non minimum erat, quod per Libyam iter faciens in Antaeum regem incidit,<sup>52</sup> qui omnes advenas<sup>53</sup> secum luctari<sup>54</sup>


cogebat et quos superaverat, necabat; nec difficile ei erat omnes devincere, nam quod Terrae filius erat, quotiescunque<sup>55</sup> malrem pedibus attingebat, novae vires acquirebat.<sup>56</sup> Hanc rem ubi Hercules animadvertit,<sup>57</sup> Antaeum de terra sublevans<sup>58</sup> in aëre conficit.<sup>9</sup>

Tandem Hesperidum poma accepit ab Atlante, qui ea decerpserat;<sup>46</sup> interea autem pro Atlante ipse coelum validis humeris<sup>59</sup> sustentavit.<sup>60</sup>

Ultimus restabat labor, quem Eurystheus Herculi imperavit. Fidelissime<sup>61</sup> custodiebat

portas Orci<sup>62</sup> Cerberus, canis horribilis, qui tria capita habebat, caudam<sup>63</sup> draconis et praeterea tergum<sup>64</sup> variorum serpentum<sup>65</sup> capitibus armatum.

Hunc canem ex inferis<sup>62</sup> ad superos perduxit et rursus<sup>66</sup> reduxit. Intravit autem Orcum per aditum, qui prope Taenarum, promontorium<sup>67</sup> Laconiae erat. Ibi per obstantia<sup>68</sup> simulacra<sup>69</sup> mortuorum viam ad Plutonem, inferorum regem sibi munivit,<sup>70</sup> qui Herculi permittit, ut Cerberum abducat, si sine armis eum superaverit. Induit<sup>71</sup> igitur thoracem, pelle leonina<sup>72</sup> corpus tegit manibusque monstrum<sup>73</sup> triceps<sup>73</sup> aggreditur et quamquam draco ille, quem Cerberus pro<sup>74</sup> cauda<sup>74</sup> habebat, vehementer mordebat,<sup>75</sup> tamen ingenti vi collum et latera<sup>76</sup> eius comprimens, abducit Cerberum.



14 figyelmeztetésére 15 kifolyást nyit 16 mocsár 17 körülvesz 18 lövöldöz 19 kerepelő 20 elzavar 21 birkózás 22 parancs 23 engedelmeskedik 24 caro hús 25 táplálkozik 26 érclánc 27 jászol 28 köt 29 csapat 30 üldöz 31 megszallaszt 32 harci dicsőség 33 megőriz 34 öv 35 lehúz 36 újra 37 mell 38 kar 39 gyomor 40 szép 41 elhajt 42 teljesít 43 megbízás 44 csodálkozik 45 igen alaposan 46 letép 47 alma 48 elárul 49 terem 50 majdnem 51 vállalat 52 rábukkan 53 jövevény 54 birkózik 55 ahányszor 56 merít 57 észrevesz 58 fölemel 59 váll 60 tart 61 igen híven 62 alvilág 63 fark 64 a hát 65 kígyó 66 ismét 67 hegyfok 68 elébe áll 69 (árny)kép 70 nyit 71 felölt 72 oroszlán- 73 háromfejű szörny 74 fark gyanánt 75 harap 76 oldalait

Haec et alia multa insigniter<sup>77</sup> perfecit, quibus Iunonis quoque iram sedavit.<sup>78</sup> Hercules ipse deorum numero ascriptus<sup>79</sup> est, postquam quidquid<sup>80</sup> in eo mortale erat, igni in Oetā monte consumptum<sup>81</sup> est.

## Verba publica.

Post cenam stabis, aut passus<sup>82</sup> mille meabis.<sup>83</sup> — Post festum.<sup>84</sup> — Post equitem sedet atra<sup>85</sup> cura. — Post<sup>86</sup> hominum<sup>86</sup> memoriam.<sup>86</sup> — Post nubila<sup>87</sup> Phoebus.<sup>88</sup> — Potior<sup>89</sup> iure, qui prior tempore. — Praesente<sup>90</sup> medico<sup>90</sup> nihil nocet. — Praeter<sup>91</sup> speciem<sup>91</sup> stultus est. — Principiis<sup>92</sup> obstā: <sup>93</sup> sero<sup>94</sup> medicina paratur, cum mala per longas convaluere<sup>95</sup> moras.

77 kitűnően 78 csillapít 79 fölvesz 80 ami 81 elemészt 82 lépés 83 megy 84 ünnep *(eső után köpenyeg)* 85 sötét 86 emberemlékezet óta 87 felhők, ború 88 napisten *(borúra derű)* 89 elsőbbsége van 90 az orvos jelenlétében 91 külsején túl *(ostobább, mint amilyennek látszik)* 92 kezdet 93 ellentáll 94 későn 95 elhatalmasodik.

## Panis.

E parabolis Ioannis Jørgensen. Latine scripsit Aug. Hoddes.

Homo quidam in publico<sup>1</sup> me moratus<sup>2</sup> hanc parabolam mihi narravit:

— Quodam die pulchro autumni eo in silvam, ubi nuces mihi colligam. Coelum est clarum, sol lucet, folia flava sunt humida a rore<sup>3</sup> noctis. Ad aditum silvae anus<sup>4</sup> sedet cum corbe,<sup>5</sup> quae nucibus plena est. Nuces perpulchrae sunt, grandes, maturaе. Mulier eas mihi venditat.<sup>6</sup> Ego urbane<sup>7</sup> recuso,<sup>8</sup> ipse enim nuces collecturus gaudio me afficere volo nucibus quaerendis et colligendis. Tum anus illa subito surgit, advocat custodem<sup>9</sup> silvae<sup>9</sup>, qui ad<sup>10</sup> nutum<sup>10</sup> apparet et me a muliere nuces emere iubet, nisi in carcerem mitti praeferam. Mulieri a rege potestatem<sup>11</sup> datam esse vendendi nuces, ipsam ius habere colligendi vendendique nuces et apud eam solam fructum eum fuscum<sup>12</sup> emi posse... Quid tibi de hac re videtur? — rogavit me iste homo et vultu triumphanti me consideravit.

— Idem de re cogito, quod tu — respondi — quoniam ille rerum ordo iniustissimus est.

— Sed non vides — exclamavit alter voce<sup>13</sup> fere magna<sup>13</sup> — hac re te ipsum condemnari, quia ita condemnas, quaecunque conata,<sup>14</sup> quae loco investigationis<sup>15</sup> ipsius<sup>15</sup> veritatis<sup>15</sup> ratio-

nem<sup>16</sup> absolutam<sup>16</sup> ponunt, quam quisque suam<sup>17</sup> facere<sup>17</sup> debet. Nos nolumus nisi permissionem,<sup>18</sup> ut ipsi colligere possimus nuces nostras; minime volumus eas sine labore et operā accipere e corbe rugosae<sup>19</sup> matreculae<sup>20</sup> religiosae.<sup>20</sup>

His verbis poeta a me discedere voluit; at ego fortiter arrepto dixi:

— Imago pessima est, quam tibi elegisti, ut veritatem illustrares. Nuces enim non sunt necessariae ad vitam, veritas autem est. Ideo magis illam cum pane comparare velimus. Nuce non est tibi opus<sup>21</sup> quotidie, pane autem quotidie. Nuce plane<sup>22</sup> potes carere,<sup>23</sup> pane autem non. Pane non magis potes carere, quam luce, aëre, aquā omnibusque elementis, quibus in vita quotidianā assuevimus<sup>24</sup> ita, ut cogitationem<sup>25</sup> quoque eorum<sup>25</sup> deponamus,<sup>25</sup> nedum<sup>26</sup> ut gratias agamus pro illis. Iam vero hae res — lux, aër, aqua — sunt plane dona gratuita,<sup>27</sup> quotidie adsunt, nihil restat,<sup>28</sup> quin illis fruamur. Gratis comparari possunt; non debemus pro illis laborare. Adfuerunt, priusquam nati sumus, aderunt etiam nobis<sup>29</sup> mortuis.<sup>29</sup> Haec vero omnia efficiunt<sup>30</sup> id, quod ego vera<sup>31</sup> verbi<sup>31</sup> significatione<sup>31</sup> panem hominis dico — conditionem<sup>32</sup> primam, necessariam<sup>33</sup> vitae nostrae.

Iure posebas, ut ipse colligeres nuces. Panem vero triticeum<sup>34</sup> vel secalinum<sup>35</sup> e manibus eorum quotidie accipis, qui frumentum metebant,<sup>36</sup> grana<sup>37</sup> frumenti molebant,<sup>38</sup> panem coquebant.<sup>39</sup> Et simili modo lucem, aërem, lumen solis, imo ipsam vitam quotidie gratis<sup>40</sup> accipis et his omnibus sine<sup>41</sup> ulla<sup>41</sup> cogitatione<sup>41</sup> uteris, quamquam nec laboras pro his, nec minimam partem habes horum producendorum<sup>42</sup> vel conservandorum.<sup>43</sup>

Cur igitur tam superbe<sup>44</sup> opponis<sup>44</sup> veritati,<sup>44</sup> quae tibi praebetur aequae ac sol et aër? Tu ipse malis illam invenire, ais. Sed quid hoc<sup>45</sup> sibi<sup>45</sup> vult<sup>45</sup> aliud, quam quod varietas<sup>46</sup> errorum tibi magis placet unicā veritate et quod tu mavis in<sup>47</sup> confusis<sup>47</sup> tricis<sup>47</sup> opinionum humana-

1 az utcán 2 megállít 3 ros harmat 4 öregasszony 5 kosár 6 kínál 7 udvariasan 8 visszautasít 9 erdőőr 10 intérsre 11 kiváltság 12 barna 13 hangosan 14 kísérlet 15 személyes igazságkeresés 16 kész rendszer 17 elfogad 18 engedély 19 ráncos 20 templományóka 21 szükség 22 teljesen 23 nélkülöz 24 hozzászókik 25 nem gondol vele 26 nem szól, arról 27 ingyenes 28 hiányzik 29 mikor meghalunk 30 alkot 31 elemi értelemben 32 alap 33 nélkülözhetetlen 34 búza- 35 rozs- 36 learat 37 szem 38 őről 39 süit 40 ingyen 41 aggodalom nélkül 42 létrehozásukban 43 főnntartásukban 44 előkelően, elutasítólag állsz az igazsággal szemben 45 jelent 46 különféleség 47 kaszált cserjésében


rum nuces colligere, quam ut a vitae Domino accipias panem vitae? Nam sola humilitas<sup>48</sup> non ducit<sup>49</sup> infra<sup>50</sup> dignitatem<sup>50</sup> suam<sup>50</sup> positum<sup>50</sup> esse, ut veritate vescatur.

Amice, male<sup>51</sup> nos<sup>51</sup> haberemus,<sup>51</sup> si solem quotidie accendere<sup>52</sup> et aërem ad usum quotidianum praeparare deberemus. Forte<sup>53</sup> fortuna<sup>53</sup> adest sol, adest aër et adest — veritas . . .

Attamen nihil praeter id unum a te peto: esto propositi<sup>54</sup> tenax<sup>54</sup> Ipse colligas tibi nuces, ipse coquas et panem. Et sic ulterius<sup>55</sup> procede. Mane cuiusque diei novus sol oritur, cuius lucem non tu creasti. Quid tibi vis de tali lumine solis, quod nostram vitam luce collustrat, quae forsitan<sup>56</sup> non sit vera? Sine<sup>57</sup> turbam gaudere ea luce vera et laborare, dum sol radios mittit,<sup>58</sup> tu vero superbe te retineas! Recusa<sup>59</sup> accipere hoc donum desuper missum, hanc lucem coelestem, quae panis quotidianus est omnium aliorum viventium. Domi maneat, dum sol dominatur in terra, praecludas<sup>59</sup> domus fenestras, noli laborare nisi<sup>60</sup> ea<sup>60</sup> luce<sup>60</sup> admissa,<sup>60</sup> quam tua dexteritas<sup>61</sup> paraverit. Si haec feceris, iterum disputare poterimus parabolis.

Sic loquebar in multitudine cum homine, qui me moratus<sup>2</sup> est. Ille autem improbans<sup>62</sup> me consideravit et discedens quaestiones, quae<sup>63</sup> sola<sup>63</sup> mente<sup>63</sup> cernantur,<sup>63</sup> me tam inculte<sup>64</sup> comprehendere dixit.

48 alázatosság 49 tartja 50 méltóságán alulinak 51 rossz dolgunk volna 52 meggyújt 53 szerencsére 54 következetes 55 tovább 56 talán 57 enged 58 vonatodik 59 elzár 60 csak azon fény mellett 61 ügyesség 62 rosszal 63 eszményi 64 vaskosan.




**OBLIQUA VIVIDA.**

Quomodo Blériot Fretum<sup>1</sup> Gallicum<sup>1</sup> transvolaverit? In spectaculo<sup>2</sup> cinematographico vidimus Blériotum aëroplano suo Fretum Gallicum transvolantem. Num hoc longo itinere eum ubique photographi sequebantur, ut imaginem<sup>3</sup> *superne*<sup>4</sup> exprimerent? Hoc quidem fieri nequit!

Quid huius rei artifices in imagine exprimenda agant, pictura nobis demonstrat: Vas<sup>5</sup> quadratum, aquā plenum mare et Fretum Gallicum ostendit. In alterā parte

litus, ex<sup>6</sup> obliquo<sup>6</sup> visum ponitur, ubi tecta urbis Calais, agri circumiacentes, portus etc. picta conspiciuntur. Ex adverso Dubris,<sup>7</sup>




urbis Britannica simili modo picta, sita est. Inter duas urbes una alterave navis<sup>8</sup> vapor<sup>8</sup> acta<sup>8</sup> videtur, supra quam aëroplenum, lusus<sup>9</sup> puerilis,<sup>9</sup> duobus filis<sup>10</sup> pendens cernitur. Hoc aëroplenum asserculo<sup>11</sup> a litore Gallico ad litus Britannicum movetur. Ne ventus quidem desit, adhibetur vir, quem in extrema pictura cum machina videmus. Hic vir machinā suā aquam marinam ad<sup>12</sup> libidinem<sup>12</sup> movebit. In scalis<sup>13</sup> cernimus hominem, machinā photographica instructum, qui omnia, quae in<sup>14</sup> «scena»<sup>14</sup> aguntur,<sup>14</sup> orbiculo<sup>15</sup> percipit.<sup>15</sup> Quod ut pluries et saepius fieri possit, machina immota<sup>16</sup> esse debet.

Fila videlicet<sup>17</sup> in picturā ultimā<sup>18</sup> erantur.<sup>19</sup>

F. A. M.


1 La Manche 2 színház 3 «leveszi a képét» 4 felülről 5 tartó 6 madártávlatból 7 Dover 8 gőzhajó 9 gyerekjáték 10 fonal 11 lécz 12 tetszés szerint 13 scalae létra 14 a színen történik 15 lencsével «fölvész» 16 mozdulatlan 17 természetesen 18 végleges 19 eltüntet.



## GEOGRAPHICA.

De flabili bitumine Sármasiensi iam hoc loco (pag. 21.) verba fecimus; vi illā naturali laborem equorum milium centum et triginta aequari. Informate<sup>1</sup> animis<sup>1</sup> cogitationem<sup>1</sup> machinae, quae tot animalibus moveatur! Quanta vis carbonis<sup>2</sup> exigatur<sup>3</sup> ad tantam molem commovendam!

Spiritus e tribus puteis<sup>4</sup> effunditur, quorum primus sexcenta viginti septem, alter trecenta duo, tertius quadringenta nonaginta metra altus est. Puteis oclusis bitu-



men flabile e crebris terrae rimis<sup>5</sup> prorumpit, ut in pictura videtis.


Rerum<sup>6</sup> periti<sup>6</sup> nondum decreverunt, in qua re donum naturae pretiosissimum maxima cum utilitate collocari<sup>7</sup> possit.

Tres urbes celeberrimae sollemnia<sup>8</sup> semisaecularia<sup>8</sup> Italiae inter se partiuntur.<sup>9</sup> Augusta Taurinorum erat prima sedes universae Italiae, mox Florentia, denique regno<sup>10</sup> pontificali<sup>10</sup> expugnato Roma.

Nunc Augustae Taurinorum propalam exponuntur quaecunque possessionum<sup>11</sup> negotiationumque<sup>11</sup> insignia<sup>12</sup> sunt; Florentiae artis opera conspicua<sup>13</sup> faciet.<sup>13</sup>

Quae Romae exponuntur, maiora comprehendunt.<sup>14</sup> In hāc enim urbe quinque locis res spectandae offerentur: primum in thermis Diocletiani ex omnibus anitiqui imperii Romani partibus (etiam e patria nostra) monumenta considerari<sup>15</sup>

poterunt; deinde in Mausoleo Hadriani, quae ad dentium<sup>16</sup> medicinam,<sup>16</sup> ad medicamentariam,<sup>17</sup> ad instrumentum<sup>18</sup> ac<sup>18</sup> supel-



lectilem<sup>18</sup> domesticam<sup>18</sup> — mediae aetatis — attinent, cernentur; dein in monte Palatino theatrum ad<sup>19</sup> tempus<sup>19</sup> aedificatur, ubi tragoediae Graecae edentur; tum in Vineae, quae dicitur *Cartoni*, iuxta Collem Hortorum artis opera nostrae aetatis collocabuntur, cui rei Hungaria quoque aedes extruxit; denique in dextra parte Tiberis multitudo domorum descriptio gentium, quam vocabulo Graeco ethnographiam dicunt, continebitur.<sup>20</sup>

Pictura nobis aedificium demonstrat, quod ad res Hungaricas capiendas<sup>20</sup> factum est.

**Hungarii in Africa.** Tres eorum, qui in imagine sedentes cernuntur, sunt Hungari, quorum primus (A. Tölgyessy) pingendi,<sup>21</sup> secundus valetudinis,<sup>22</sup> tertius (Fedorus Zubovits) venandi<sup>23</sup> gratiā in Africa degunt.<sup>24</sup> Quartus est Britannus. Hospites sunt claustrum,<sup>25</sup> quod est in Assuan ad superiorem Nili cataractam.<sup>26</sup>

Aliorum quoque Hungarorum expeditio ab initio huius anni usque ad finem mensis Martii, duce Iulio Madarász, qui est custos-rector<sup>27</sup> Musaei Nationalis, in Africa degebat,<sup>27</sup> et quidem rerum<sup>28</sup> naturalium<sup>28</sup>

1 elképzelt 2 szén 3 szükségel 4 kút 5 rima hasadék  
6 szakértő 7 fölhasznál 8 félszázados emlékünnepe  
9 megoszt 10 pápai állam 11 ipar és kereskedelem  
12 insignis, e kiváló 13 föltüntet 14 felölel 15 meg-  
szemlélt 16 fogászat 17 gyógyszerészet 18 házi butor  
19 ideiglenesen 20 magába foglal 21 festés 22 egészség  
23 vadászat 24 időzők 25 kolostor 26 zuhatag 27 igaz-  
gatőr 28 természeti viszonyok

investigandarum<sup>29</sup> causā. Praecipue faunam<sup>30</sup> regionis Nili Albi atque Nili Glauci investiga-



bant,<sup>29</sup> unde post multa discrimina<sup>31</sup> domum reversi trecentas species<sup>32</sup> avium, quae adhuc desiderabantur,<sup>33</sup> Musaeo Nationali reportarunt.

Ex quo de bitumine<sup>34</sup> flabili<sup>1</sup> in pago *Kissármás* ad usum<sup>35</sup> accomodando<sup>2</sup> consultatur, prope quotidie e diversissimis locis Hungariae nuntii afferuntur non solum de novis fontibus bituminis flabilis, sed etiam de nonnullis, qui iam pridem ad usum<sup>35</sup> accomodati<sup>35</sup> sint. Sic in regione<sup>36</sup> transisiana<sup>36</sup> in oppido *Püspökladány* statio viae ferratae iam dudum usu bituminis flabilis illuminatur. In pago *Csanádapácza* prope oppidum *Makó* abhinc sex annos mola,<sup>37</sup> quae antea vapore agitabatur,<sup>38</sup> bitumine flabili iam agitatur<sup>38</sup> atque illuminatur. In *Nagyatád*, pago regionis, quae est trans Danubium, haud procul a fluvio Dravo, iam secundum annum vi bituminis flabilis aqua balnei<sup>39</sup> ferventis<sup>39</sup> hauritur.<sup>40</sup> Nuper de fonte novo *Neoplantae* (*Újvidék*) ad inferiorem partem Danubii aperto audivimus nuntios. In pago *Horgos* prope *Szegedinum* rusticus quidam explosione<sup>41</sup> bituminis flabilis temere accensi vitam amisit. Novissime *Cassoviae* similis explosio homines perterruit.

<sup>29</sup> kutat, tanulmányoz <sup>30</sup> állatvilág <sup>31</sup> viszontagság  
<sup>32</sup> faj <sup>33</sup> nélkülöz <sup>34</sup> földgáz <sup>35</sup> használatba vesz  
<sup>36</sup> tiszántúli kerület <sup>37</sup> malom <sup>38</sup> hajt <sup>39</sup> hőfürdő  
<sup>40</sup> szivattyúz <sup>41</sup> robbanás.



Lectores nostros meminisse arbitramur certaminum follis<sup>1</sup> pulsandi,<sup>1</sup> quae Hungari cum Parisinis et Mediolanensibus<sup>2</sup> certaverunt. Nostri, qui ex his certaminibus victores discesserant, Tiguri<sup>3</sup> a Helvetiis vapulabant.<sup>4</sup> Nunc Helvetii occasionem rependendi<sup>5</sup> Hungaris praebuerunt. Calendis enim Aprilibus et postridie eius diei pro<sup>6</sup> infantium<sup>6</sup> valetudinario<sup>6</sup> certamen follis pulsandi instituebatur, ubi nostri cum Helvetiis in palaestra Budapestinensi regionis IX. contenderunt. In hac certatione, quae coram<sup>7</sup> ingentissima hominum multitudine facta est, victoriam reportabant Hungari (FTK), qui ter follem in portam adversariorum pulsarunt: his (Young Boys) autem, quamquam summo cum applausu spectantium ludebant, follem impulsare non contigit.<sup>8</sup>

<sup>1</sup> rugólabda <sup>2</sup> milanói <sup>3</sup> Zürich <sup>4</sup> kikap <sup>5</sup> vizszoz <sup>6</sup> gyermekkórház javára <sup>7</sup> jelenlétében <sup>8</sup> sikerül.



Aërobaticum<sup>1</sup> militare nostrum, cui nomen est, Lebaudy, nuper Lentium<sup>2</sup> ad ductum est. Cuius quamquam funes<sup>3</sup> a centum viginti militibus tenebantur, tamen vento magno deturbatum<sup>4</sup> est; machinamentum<sup>5</sup> integrum mansit et vectores incolumes evaserunt.


Amstelodamo calamitatis aëronauticae nuntius nobiscum communicatur. Navigium enim aërobaticum e Germania ad ductum in lacum<sup>6</sup> Flevonem<sup>6</sup> praecipitatum est. Paulus Kayser, officinae<sup>7</sup> metallicae<sup>7</sup> possessor<sup>7</sup> lacu

<sup>1</sup> léggömb <sup>2</sup> Linz <sup>3</sup> kötél <sup>4</sup> lever <sup>5</sup> gépezet  
<sup>6</sup> Zuider-tó <sup>7</sup> bányatulajdonos



obrutus periit; Otho Schröder, qui socius itineris erat, saucius<sup>8</sup> levatus<sup>9</sup> est. Aëronautae malum nacti sunt, quod vento verso<sup>10</sup> volare pergebant, quamquam machina amplius in aëre pendere nequivit. Cum aëro-baticum propius terram deferretur, vectores resecare studebant funes,<sup>11</sup> quibus navicula ad follem<sup>12</sup> religata erat; quod autem perficere non potuerunt, quia manus gelu<sup>13</sup> rigeabant.<sup>13</sup> Denique aëro-batico ad aggerem<sup>14</sup> afflicto alter in lacum, alter in aggerem excussus<sup>15</sup> est.


Novissima artis<sup>16</sup> aëronauticae<sup>16</sup> machina est *Bruckerii*, denominata «*Suchard*». Haec



iam re verā navis est aëria de folle<sup>17</sup> aërio<sup>17</sup> oblongo dependens et ita constructa, ut si deciderit in mare, in undis quoque pro-vehi<sup>18</sup> possit. Longitudo follis<sup>18</sup> aërii<sup>18</sup> est sexaginta, naviculae<sup>19</sup> decem metrorum. Tentamina<sup>20</sup> volandi nunc in oppido *Kiel* spectantur. *Bruckerius* cum aliquot amicis doctis<sup>21</sup> ope huius machinae propediem<sup>22</sup> ab insula *Madeira* trans Mare Atlanticum in Americam usque ad urbem *New-York* transvolare conabitur.

**Londinii** nunc aëroplana novissimae structurae publico<sup>23</sup> exponuntur.<sup>23</sup> Russia ad usum militare[m] classem aëriam trecentorum aëroplanorum sibi comparatura<sup>24</sup> est. Francogallia quoque brevi tempore centum et quinquaginta aëroplana militaria habebit.

<sup>8</sup> megsebesít <sup>9</sup> fölszed <sup>10</sup> változik <sup>11</sup> kötél <sup>12</sup> gömb  
<sup>13</sup> a hidegtől megdermed <sup>14</sup> töltés <sup>15</sup> követ <sup>16</sup> lég-  
 hajózás <sup>17</sup> léggömb <sup>18</sup> tovább halad <sup>19</sup> csolnak  
<sup>20</sup> kísérlet <sup>21</sup> tudós <sup>22</sup> legközelebb <sup>23</sup> kiállít  
<sup>24</sup> beszerez.



**IUVENTUTIS** studio in aliquot gymnasiis magistri et discipuli adeo tenentur, ut sint classes, in quibus ephemeris nostra quandoque pro libro usurpetur.<sup>1</sup> Videtis tertiam classem gymnasii Budapestinensis VII. re-



gionis<sup>3</sup> externae, ubi pueros administrator noster, Adalbertus Danczer magister litteras Latinas docet.

Nemo nos arrogantiae<sup>3</sup> accuset, si verbis efferamus gaudium, quo *Iuventute* in dies magis magisque divulgatā afficimur. Novissime propinqui nostri Finnici frequentiores ad signa<sup>4</sup> nostra<sup>4</sup> congregantur.<sup>4</sup> Non possumus facere, quin e compluribus epistulis, nobis e Finnia missis haec verba Henrici Soveri magistri Helsingforsiensis in<sup>5</sup> lucem<sup>5</sup> non proferamus:<sup>5</sup> «...*Nomina eorum, qui ephemeridem illam ad se mitti cupiunt, quae sint, infra edentur. Ceterum septimae sunt classis discipuli, qui cum ephemeridem Latinam apud Hungaros accepissent<sup>6</sup> edi,<sup>7</sup> eam et ipsi ut societatem<sup>8</sup> cum consanguineis suis inirent<sup>8</sup> propiorem,<sup>8</sup> ad se dirigi desiderabant...*» Gratissimae erant nobis hae litterae, non

<sup>1</sup> használ <sup>2</sup> kezület <sup>3</sup> elbizottság <sup>4</sup> zászlónk köré csoportosul <sup>5</sup> nyilvánosságra hoz <sup>6</sup> hall <sup>7</sup> kiad  
<sup>8</sup> közelebbi viszonyba lép

solum quod elegantissima Latina oratione de adolescentium Finnicorum animis certiores facti sumus, sed etiam quod illis litteris resonare<sup>9</sup> sentimus concordēs nostros animos erga fratres nostros, qui quotidie fere pugnare coguntur ingenio<sup>10</sup> gentili<sup>10</sup> moribusque<sup>10</sup> periclitantibus.<sup>11</sup>

**Discipuli adultiores**<sup>12</sup> gymnasii Losonciensis magistris auctoribus societatem fecerunt, ubi fide<sup>13</sup> data<sup>13</sup> inter se voverunt<sup>14</sup> nunquam se liquoribus<sup>15</sup> inebriantibus<sup>15</sup> fructuosos esse.

Bis in mense conventus habentur, in quibus magistri vel discipuli oratiunculas dicunt, carmina recitant, fidibus<sup>16</sup> canunt<sup>16</sup> etc. Exemplum est dignum, quod iuvenes alibi quoque imitentur.

*L. Kármán.*

**Achmed**, ferarum domitor,<sup>17</sup> qui artem suam per Galliae urbes demonstrabat, nuperime a leaenā<sup>18</sup> in oppido Villencours dilaceratus est. Servi, qui in caveam<sup>19</sup> properabant, ut bestiam repellerent, vitam domitoris servare nequiverunt.

**E Vesuvii** montis ore<sup>20</sup> novissime magna pars decidit, qua occasione motus terrae cum tremore sentiebatur. Montis ruinā<sup>21</sup> stationis superioris viae ferratae, nec non casae ductorum<sup>22</sup> muri rimas<sup>23</sup> agebant;<sup>23</sup> via ferrata quiescit.<sup>24</sup>

**Prope Pisas** est oppidum, novissime balneis celebratius, Viareggio. Inde nuntius turbinis<sup>25</sup> maximi affertur, quo multae domus afflictae, homines complures laesi, immo unus occisus esse dicitur.

**Rex apostolicus** Ioannem *Csernoch* archiepiscopum<sup>26</sup> Colocensem, Nicolaum *Széchenyi* comitem episcopum Váradinum, Arpádum *Várady* episcopum Arrabonensem<sup>27</sup> et Iulium *Glattfelder* episcopum Csanádinum creavit.

**Henricus Geduly** pro partibus, quae sunt ad Tisiam, Lutheranorum episcopus creatus est.

**Adalbertus Apponyi comes**, de cuius itinere Americano lectores nostros nuper certiores fecimus, feliciter ad patrios<sup>28</sup> Penates<sup>28</sup> revenit. Quamquam de<sup>29</sup> multa<sup>29</sup> nocte<sup>29</sup> advectus est, tamen multitudo hominum civem clarissimum in statione viae ferratae expectabant. Epulis quoque sollemnibus,

coram omnium ordinum multitudine vir ille clarissimus celebrabatur. Novissime in cathedram iuris publici Hungarici ab Universitate Budapestinensi advocatus est.

**XIV. Cal. Apr.** est dies mortis<sup>30</sup> Ludovici Kossuth, vindicis Hungaricae libertatis. Septemdecim anni praeteriere, ex quo inter luctus omnium nostrorum efferebatur. Vulnere nostra recrudescunt,<sup>31</sup> cum vere revertente dies ille revertitur... Nunc quoque cives frequentissimi aderant in templo et coemeterio,<sup>32</sup> ubi caerimoniae ferales habebantur.

In magna parte urbium patriae nostrae vides statuas civis nostri clarissimi. Budapestini statua viri deest, quod quisque patriae amans ignominiam<sup>33</sup> publicam<sup>33</sup> dixerit, ut<sup>34</sup> omittam<sup>34</sup> aliquoties centena milia pro statua Budapestinensi iam collata\* esse.

**Episcopus Shangaiensis** nuntiat inter quadraginta milia huius urbis Christianos triginta quinque milia quod edant non habere, maxima paupertate adactos<sup>35</sup> foliis radicibusque<sup>36</sup> herbarum, quae nancisci<sup>37</sup> possint carneque animalium putrescentium<sup>38</sup> vesci. In Sinae partibus meridionalibus 12 milia hominum diebus singulis fame perire. Imperio toto Sinensi tricies<sup>39</sup> centena<sup>39</sup> milia<sup>39</sup> hominum fame premi.

**Gabriel Magyar**, qui ante quinquaginta annos munus<sup>40</sup> docendi<sup>40</sup> capessivit, inde ex eo tempore sine ulla intermissione<sup>41</sup> scholae operam<sup>42</sup> navat,<sup>42</sup> novissime praepositus per regnum Hungariae Scholarum<sup>43</sup> Piarum,<sup>43</sup> a quibus non maiore honore colitur et observatur, quam a multitudine eorum, qui unquam viri optimi doctrinae interfuerunt.

**Ludovicus Eröss**, episcopus Calvinianorum in<sup>44</sup> Hungariae partibus<sup>44</sup> trans<sup>44</sup> Tisiam<sup>44</sup> sitis<sup>44</sup> annum agens quinquagesimum

<sup>9</sup> visszhangzik <sup>10</sup> nemzeti sajtóság <sup>11</sup> veszélyben forog <sup>12</sup> serdültebb <sup>13</sup> becsületszóval <sup>14</sup> megfogad <sup>15</sup> részegítő ital (alkohol) <sup>16</sup> zenél <sup>17</sup> szelidítő <sup>18</sup> nőstény oroszlán <sup>19</sup> ketrec <sup>20</sup> kráter <sup>21</sup> omlás <sup>22</sup> vezető <sup>23</sup> meghasad <sup>24</sup> szünetel <sup>25</sup> forgószerű <sup>26</sup> érsek <sup>27</sup> győri <sup>28</sup> házi tűzhely <sup>29</sup> késő éjjel <sup>30</sup> halál napja <sup>31</sup> megújul <sup>32</sup> temető <sup>33</sup> nemzeti szégyen <sup>34</sup> nem szólva arról \* özgyűjt <sup>35</sup> élvezve <sup>36</sup> gyökér <sup>37</sup> kap <sup>38</sup> feloszlásnak indul <sup>39</sup> 3,000.000 <sup>40</sup> tanári hivatás <sup>41</sup> megszakítás <sup>42</sup> szolgálatában áll <sup>43</sup> kegyesrendiek <sup>44</sup> tisztántúli kerület

quartum Debrecini vitā decessit. Eröss, qui praeter scholas patriae universitatem Berolinensem et Basileanam frequentaverat, et scientiā et humanitate non solum eadem<sup>45</sup> sacra<sup>45</sup> colentibus,<sup>45</sup> sed etiam alia<sup>40</sup> professis<sup>40</sup> acceptissimus<sup>47</sup> erat.

**Emericus Bende**, episcopus Nitriensis sexto Calendas Apriles diem supremum obiit anno aetatis octogesimo septimo. Haec tam longa vita episcopi optimi tota religiosae pietati, salutis patriae, litteris et artibus nec non scholis sublevandis<sup>48</sup> devota<sup>49</sup> erat. Provectae aetatis atque infirmitatis causā iam anno superiore se abdicavit iurisdictione. Dioecesim<sup>50</sup> dehinc iam comes Guilielmus *Batthyány*, episcopus cum iure successionis,<sup>51</sup> administrabat.

**Pulcherrimum exemplum grati animi** erga praeceptorem<sup>52</sup> domesticum<sup>52</sup> liberorum praebuerunt comites Ladislaus et Tibortius Teleki atque Carolus Khuen-Héderváry, summus<sup>53</sup> praepositus<sup>53</sup> rebus<sup>53</sup> publicis<sup>53</sup> administrandis,<sup>53</sup> qui defunctum praeceptorem liberorum suorum, egregium virum Ioannem *Szombathelyi* in crypta familiarium comitum de Hédervár sepeliendum curavit.

**Gladium Damascenum** Arnoldus Börzsönyi Benedictinus in fluvio *Marcal* reperit. Gladius ornatissimus iudicio Iosephi Hampel, rectoris doctissimi Musaei Nationalis Hungarici, superest e saeculo VII., et quidem ex illo tempore solus re verā Damascenus.

**Incendia.** In terra<sup>54</sup> Scepusiensi<sup>54</sup> et in comitatu Bihar incendia silvarum ingentia exorta sunt, e quibus episcopus Scepusiensis et duo episcopi Váradienses, Latini scilicet et Graeci ritūs, maxima capiunt<sup>55</sup> detrimenta.<sup>55</sup>

Horribili incendio conflagravit in urbe *New-York* officina<sup>56</sup> maxima fabricandis<sup>56</sup> celluloidibus.<sup>56</sup> Operariae<sup>57</sup> circa centum et sexaginta, mulieres et puellae, aut in flammis aut e summis contignationibus<sup>58</sup> desilientes tristem mortem obierunt.

Item in Americā conflagravit «Capitolium» oppidi *Albany*. Bibliotheca publica, acta manuscriptaque maximi pretii ibi combusta sunt.

«D.» Novam materiam<sup>59</sup> explosivam<sup>59</sup> reperit W. Beverly *Dunn*, Americanus, denominatumque «D.» *explosivum* gratis obtulit<sup>60</sup> gubernio Civitatum Unitarum Americae Septentrionalis. Hoc «D.» *explosivum* viribus explosivis destructivisque non solum nitroglycerinum, melinitum et ecrazitum, sed etiam sic dictum *simoze* Iaponicum superat atque praecipue frangendis navibus militaribus, quae nominantur «dreadnought» suntque monstra<sup>61</sup> natantia nostri aevi aere triplici firmata, idoneum videtur.

45 hitsorsosai 46 máshitú 47 kedvelt 48 segélyezés  
49 áldoz, szentel 50 egyházmegye 51 utódlás 52 nevelő  
53 miniszterelnök 54 Szepesség 55 kárt szenved  
56 celluloid-gyár 57 munkásnő 58 emelet 59 robbanó anyag 60 följánl 61 szörnyeteg.

## Sollemnia supremi<sup>1</sup> Domini.

Ex *Ioannis B. Turgenjeff* narratione.

In aulā<sup>2</sup> Domini supremi caeruleā<sup>2</sup> aliquando sollemnia magna instituebantur.

Omnes et singulae *Virtutes* ad convivium<sup>3</sup> invitabantur. Attamen non nisi feminae... nulli viri... solae feminae.

Advenerunt quam plurimae — magnae atque parvae. *Virtutes* parvae magis amoenae atque amabiliores erant quam magnae; omnes autem tranquillae hilaresque videbantur et iucundissime inter se delectabantur,<sup>4</sup> sicuti cognatas<sup>5</sup> cognitasque<sup>6</sup> amicissimas decet.<sup>7</sup>

Ast nunc Dominus supremus duas animadvertit feminas pulcherrimas, quae inter se nequāquam cognitae esse viderentur.

Dominus prehensā manū alterius feminae adduxit eam ad alteram.

— Domina *Beneficentia*!<sup>8</sup> — ait, ostendens in primam.

— Domina *Grata Beneficii Memoria*!<sup>9</sup> — addit et alteram adducens.<sup>10</sup>

Ambae *Virtutes* summopere stupebant:<sup>11</sup> nam ex quo mundus procreatus est — quod quidem longe ante evenit — nunc primo inter se occurrerunt.<sup>12</sup>

j. i.

1 legfelsőbb 2 azurkék palota 3 lakoma 4 mulat  
5 rokon 6 ismerős 7 illik valakihez 8 jótékonyság  
9 háladatosság 10 bemutat 11 elámul 12 találkozik.

## Quo vadis? VI.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.

In triclinio amplo ac singulari splendore exornato interim sensim<sup>1</sup> augebatur ingens convivarum numerus, qui ad unum omnes fere Actae notissimi erant. Ideo, ut Lygiae cogitationes tristes aliquantulum discuteret,<sup>2</sup> vitam nobilissimorum quorundam paucis<sup>3</sup>

que<sup>13</sup> animum eius oblectare studebant. Nero, quem eadem millies audire taedebat, superciliis<sup>14</sup> constrictis<sup>14</sup> per<sup>15</sup> orbiculum<sup>15</sup> suum<sup>15</sup> e smaragdo<sup>15</sup> singulos convivarum recognoscere<sup>16</sup> coepit. Repente oculos in vultu Lygiae et Vinicii defixit. Utrique horrore perfusi ne se commovere quidem ausi sunt.

At Petronius, ut oculos animumque Caesaris a puella averteret, rogabat eum, ut con-



ei exponebat.<sup>3</sup> Lygia non solum libenter audiebat, quae liberta ei enarrabat, sed etiam curiose spectabat feminas cultu<sup>4</sup> sumptuosissimo<sup>4</sup> ingredienti<sup>4</sup> floribusque redimitas<sup>5</sup>...

Convivae iam omnes certo loco discubuerant. Flammae<sup>6</sup> lucernarum<sup>7</sup> innumerabilium nitore aurum tecti marmorque parietum triclinii verberabant<sup>6</sup>...

Omnes intento<sup>8</sup> ore<sup>8</sup> iam adventum Caesaris exspectabant. Qui cum senatoribus familiaribusque comitantibus<sup>9</sup> triclinium ingrederetur, convivae gaudio triumphare laetosque<sup>10</sup> clamores<sup>10</sup> tollere<sup>10</sup> coeperunt...

Inter coenam de multis variisque rebus disserebatur.<sup>11</sup> Qui Neroni proximi accumbant, blanditiis stolidis<sup>12</sup> ineptissimis-

vivium cantu suo ornaret, neve delectatione actionis<sup>17</sup> audientes privaret.

Caesar preces Petronii primum recusabat, mox autem a familiaribus iterum atque iterum rogatus et provocatus, se solius artis amore ductum cantaturum esse affirmavit.<sup>18</sup>

Primum omnium autem uxorem Poppaeam hac de re certiore<sup>19</sup> fieri<sup>19</sup> iussit,<sup>19</sup> quae, quia iam aliquot dies aegrotabat, convivio non interfuit. Sperabat enim Nero, cantum

1 észrevehetőleg 2 elosztat 3 főbb vonásokban ecsetel 4 pazar öltözékben 5 koszorúz 6 a láng csapdos 7 világító test 8 feszült érdeklődéssel 9 kíséretében 10 örömrivallásban kitörni 11 folyik a szó 12 otromba 13 izléstelen 14 összeráncolt szemöldökkel 15 smaragdlencséjén át 16 szemügyre vesz 17 előadás, alakítás 18 bizonygat 19 tudósíttatta

suum valetudini uxoris omnibus medicamentis salubriorem fore. Haud ita multo post Poppaea veste amethystinā, aequae ac Nero, induta apparuit. Nemini mortalium nisi ipsis huius coloris vestem induere licuerat. Convivae omnes maximis clamoribus eam salutaverunt.

Lygia admiratione obstupefacta vix sibi<sup>20</sup> persuadere<sup>20</sup> poterat, hanc mulierem figurā<sup>21</sup> ac<sup>21</sup> specie<sup>21</sup> insignem<sup>21</sup> esse illam imperii Romani sceleratissimam, cuius vi<sup>22</sup> et<sup>22</sup> auctoritate<sup>22</sup> Nero matrem uxoremque olim interfecisset. Vix Poppaea iuxta maritum accubuerat, cum repente Nero coronā laureā cinctus e toro consurgens et histrionum more brachia extendens expectabat, dum Diodorus citharoedus<sup>23</sup> ei citharam traderet. Quo facto oculos ad coelum sustulit et ex imo pectore gemitum duxit.

In triclinio vastum<sup>24</sup> silentium<sup>24</sup> esse coepit: nil nisi levissimus rosarum desuper labentium<sup>25</sup> sonus audiebatur...

Omnium ora in Neronem erant conversa, qui convivas rursus oculis perlustrans ad chordarum sonum cantare coepit. Cantu finito viri plausu et clamore vocem Caesaris divinam laudibus ad coelum efferebant; ex oculis mulierum lacrimae manabant.

Nero erecta<sup>26</sup> expectatione vultum Petronii intuebatur...

Petronius affirmavit Caesarem hac occasione et cantu et carminibus ipsum Orpheam superasse; quāque erat memoria<sup>27</sup> tenaci<sup>27</sup> ac<sup>27</sup> singulari,<sup>27</sup> nonnullos hymni versiculos verbum<sup>28</sup> verbo<sup>28</sup> reddens et ipse pronuntiare coepit. Quibus auditis in ore vultuque Neronis voluptas et vana insatiabilisque<sup>29</sup> superbia apparebant.

Mox Poppaea cum servis et comitante etiam ipso marito se domum rettulit. Caesar, dum ipse reverteretur, convivas omnes locis suis remanere iussit. Paulo post etiam reversus est in triclinium, ubi gloriā cantu suo consecutā tumens<sup>30</sup> variorum generum spectaculis delectari cupiebat.

Primum fabulatores<sup>31</sup> carmina severa ac iocosa recitabant; interdum etiam nugae ineptissimae agebantur. Multi fabulis et ludis in scaenam<sup>32</sup> productis<sup>32</sup> magis delectantur...

Servi interdum ferculis<sup>33</sup> varia oblectamenta coenae apportabant largiusque<sup>34</sup> pocula recumbentibus infundebant.

Nunc iussu Neronis duo homines<sup>35</sup> robusti<sup>35</sup> et valentes<sup>35</sup> in medio oeco<sup>36</sup> luctari<sup>37</sup> coeperunt.

Viri feminaeque, qui vino iam solito plus incaluerant,<sup>38</sup> novitate pugnae laetissimi suspensio animo singulos motus<sup>39</sup> declinationesque<sup>40</sup> luclantium expectabant; alter enim eorum Croto erat, magister ille ludi<sup>41</sup> gladiatorii<sup>41</sup> celeberrimus, cui nemo in luctando adhuc parem<sup>42</sup> se<sup>42</sup> praestitit.<sup>42</sup>

Haud diuturne certatum est. Primo nempe<sup>43</sup> manibus<sup>44</sup> implexis<sup>44</sup> ambo ferme immoti in medio constiterunt speciemque symplegmatis<sup>45</sup> quasi marmore<sup>45</sup> sculpti<sup>45</sup> convivis praebant. Mox obtusae<sup>46</sup> pedum suppletiones,<sup>47</sup> fragores<sup>48</sup> ossium sonusque mugitui<sup>49</sup> similes aliquoties altissimum silentium interruperunt.

Repente brevissime<sup>50</sup> collecti<sup>50</sup> spiritus<sup>50</sup> suspiria<sup>50</sup> audiuntur...

Ex ore adversarii Crotonis quasi ei aculatus<sup>51</sup> in auras prosiluit sanguis; dein exanimatus cruore pavimentum oeci foedat<sup>52</sup>...

Ingenti laudantium clamore parietes triclinii concutiuntur.<sup>53</sup> Oecus ululatibus temulentium<sup>54</sup> consonat.<sup>55</sup> Croto elatus triumpho oculos circumferens tergum adversarii pedibus calcat.<sup>56</sup>

Ad ea, quae deinde a praestigiatoribus<sup>57</sup> et ventilatoribus<sup>58</sup> proponebantur, iam nemo ferme animus advertit: convivium ad holutionem<sup>59</sup> libidinosam<sup>60</sup> iam abibat.<sup>61</sup>


In aëre crasso<sup>62</sup> suavissimus rosarum

20 magával elhíthet 21 előkelő megjelenésű 22 ellenállhatatlan befolyás 23 lantos 24 halálos csend 25 lehulló 26 feszült 27 páratlanul kitűnő emlékezőtehetség 28 szóról-szóra 29 telhetetlen 30 ittasan 31 szavalóművész 32 színrehoz, előad 33 ételfőlhordásra való tálcá 34 bővebben 35 erőművész 36 terem 37 birkózik 38 fölhevül 39 mozdulat 40 testhajlás 41 gladiatoriskola 42 valakivel fölértéknek bizonyul 43 ugyanis 44 egymásbafont karokkal 45 két birkózónak márványból faragott szoborcsoportja 46 tompa 47 dobbanás 48 roppanás 49 bógés 50 hörgés 51 kihány 52 hemecsköl 53 megrendül 54 mámoros 55 zeng 56 tapos 57 csepürágó 58 szemfényvesztő, bűvész 59 tivornyázás 60 féktelen 61 fajul 62 fülledt

odor cum gravi olei lucernarum odore commixtus erat. Lucernae tantummodo tenua<sup>63</sup> et extrema lumina in triclinio spargebant...

Nonnulli convivarum inebriati pocula in pavimentum coniciebant, alii vinolenti<sup>64</sup> capitibus aggravatis in toris cubabant; alii vero vino<sup>65</sup> sepulti<sup>65</sup> passim<sup>66</sup> in solo strati iacebant, aspectum<sup>67</sup> praebentes foedum ac miserabilem.

Nero, qui aequae ac convivae vino obrutus insuper etiam mirabilibus somniorum<sup>68</sup> speciebus<sup>68</sup> exagitatus in lecto cubabat, ore semiclauso, multa variaque perplexa<sup>69</sup> habebat<sup>70</sup>...



Ursus, qui periculis adhuc undique imminetibus nunc iam tutum se putabat, nil amplius cunctans prosiluit latebris, improvisus in triclinio ante ipsum lectum, in quo Vinicius accubebat, constitit Lygiamque ex hoc coetu profligatorum<sup>71</sup> hominum liberaturus inter<sup>72</sup> manus<sup>72</sup> in cubiculum Actes abstulit.

Iuvenis conspecto Urso, quem iam e domo Plautii noverat, primum timore percussus aliquamdiu stupebat, mox autem omnibus collectis<sup>73</sup> viribus<sup>73</sup> eos persequi contendit.<sup>74</sup> Ast pedes eum deficiunt:<sup>75</sup> corruit in porticu stertensque<sup>76</sup> respondet choro in triclinio stertentium. Obdormiscunt iam et lucernae. Iamque Aurora pudore erubescens triclinia collustrat...

Desuper marcida<sup>77</sup> labuntur rosarum folia...

<sup>63</sup> gyenge <sup>64</sup> elázott <sup>65</sup> holtrészeg <sup>66</sup> szanaszét  
<sup>67</sup> látvány <sup>68</sup> álomkép <sup>69</sup> érthetetlen <sup>70</sup> hebeg, összevissza beszél <sup>71</sup> elvetemült <sup>72</sup> karjain <sup>73</sup> erejét összeszedve <sup>74</sup> erőlködik <sup>75</sup> cserbenhagy <sup>76</sup> hortyog <sup>77</sup> fonnyadt, hervadt.



**Magister** ad discipulum stultissimum: Au<sup>1</sup> puer, au quam parvus es adhuc,<sup>2</sup> et iam tantus es asellus! Quantus etiam eris, si adoleveris?<sup>3</sup> *j. i.*

**Quidam** duorum hominum pugnam dimremurus,<sup>4</sup> vulnus grave in capite accepit. Arcessitus<sup>5</sup> medicus cerebrum<sup>6</sup> scrutari<sup>7</sup> coepit, num forte laesum esset. Tum adstantium<sup>8</sup> unus:

— Frustra — inquit — tu in hoc capite cerebrum quaeris, quod si habuisset, nunquam se alienae rixae<sup>9</sup> immiscuisset.<sup>10</sup>

*V. Dubois.*

**Cum** laudatissimis Romanorum publice<sup>11</sup> erigerentur statuae et Catoni eadem gratia deferretur, recusavit.<sup>12</sup> Malim — inquit — quaerant homines, quamobrem<sup>13</sup> Catoni non sit posita statua, quam cur sit posita.

*B. Weress.*

**De Fringia.** *Magister*, diversa armorum genera tractans:<sup>14</sup> Dic mihi, Paule, qui sint optimi gladii e chalybe<sup>15</sup> durissimo?

— Gladius Damascenus,<sup>16</sup> gladius Solingensis<sup>17</sup> et Fringia Hungarorum.

— Siccine? Tu forsitan etiam Fringiam locum quemdam esse putas, sicuti Damascum et Solingenam, ubi genus quoddam chalybis durissimi fabricetur?<sup>18</sup>

— Minime! Non fugit<sup>19</sup> me, vocabulum<sup>20</sup> *Fringia* unde derivetur.<sup>21</sup> Scio nempe principem Franciscum Rákóczi II. ensibus insculpi<sup>22</sup> iussisse principia<sup>23</sup> huius sententiae:<sup>23</sup>

*Franciscus Rákóczi In Nomine Gentis Insurgit Armis.*

Sed et continuationem<sup>24</sup> sententiae novi: «Pro Deo et libertate». — Atqui<sup>25</sup> estne chalybs firmior quam nomen gentis; estne Dama-

1 hej! 2 még 3 nagyra nő 4 elválaszt, eldönt 5 hivat 6 agyvelő 7 vizsgál 8 körüláll 9 veszekedés 10 beleavatkozik 11 államköltségen 12 visszautasít 13 miért 14 tárgyalva 15 acél 16 damaszkuszi 17 szolingeni 18 gyártani 19 nem kerül el figyelmenet 20 elnevezés 21 származik 22 bevésétni 23 jelmondat kezdőbetűi 24 folytatás 25 ámde

scenus durior quam amor Dei, an chalybs Solingensis acutior quam acer<sup>26</sup> amor libertatis?

*Magister*: Acute respondisti, puer! *j. i.*

**In quinta** classi gymnasii cuiusdam magister, qui historiam<sup>27</sup> naturalem<sup>27</sup> docet:

— Paule — inquit — dic mihi, quae sint ossa capitis.

— Domine magister, domine magister... omnia habeo in capite, sed subito nomina in<sup>28</sup> mentem<sup>28</sup> non veniunt.<sup>28</sup>

*Franciscus Dalnoki.*

**Miles** queritur apud medicum, oculos<sup>29</sup> non<sup>29</sup> longe<sup>29</sup> conspectum<sup>29</sup> ferre.<sup>29</sup> Quod probaturus<sup>30</sup> dixit ad medicum: Videsne illic clavum<sup>31</sup> in muro?

*Medicus*: Video.

*Miles*: Equidem non video. *O. Albrich.*

**Medicus** quidam gravi morbo affectus servum medicinam dare iussit. Servus autem errore pro medicinā atramentum<sup>32</sup> dedit.

**Medicus** atramento<sup>33</sup> exclamavit:

— Asine, cito mihi affer chartam<sup>34</sup> bibulam!<sup>34</sup> *A. Gusieille.*

**Habui** canem, is tam prudens<sup>35</sup> fuit, ut discrimen<sup>36</sup> novisset<sup>36</sup> inter honestos et inhonestos homines.

— Quid huic prudenti animali<sup>37</sup> fecisti?

— Alicui donavi.

— Cur?

— Etiam me momordit.<sup>38</sup> *F. Holló.*

**Filius** (*in vivario*<sup>39</sup>): Pater, cur habet leo caput magnum?

*Pater*: Ne caput per clatros<sup>40</sup> traicere<sup>41</sup> possit.

*Filius*: Et camelopardalis<sup>42</sup> cur habet longum collum?

*Pater*: Ut, si horae tarde<sup>43</sup> labuntur,<sup>43</sup> caput ex cavea<sup>44</sup> proferre<sup>45</sup> possit. *Iosephus Szendefi.*

**Corvus**<sup>46</sup> **ad villicum**.<sup>47</sup> «Nonne, verus amicus sum tibi here? — dixit de meta<sup>48</sup> stramenti<sup>48</sup> corvus — nam tota hieme hic maneo.»

— Amicus es stramenti mei, non mihi — respondit villicus.

Parasitus<sup>49</sup> et verus amicus non est idem.

*E. Brenek.*

**In caupona** hospes<sup>50</sup> piscem edens inclamavit cauponi.<sup>51</sup>

— Apporta mihi vinum, piscis vult natare.


Audivit hoc rusticus,<sup>52</sup> qui ibidem carnem<sup>53</sup> bubulam<sup>53</sup> edit. Alterum imitaturus<sup>54</sup> dixit:

— Apporta mihi vinum, bos bibere vult.

*M. Berger.*

**Mala conscientia.** Arabs quidam, cui Moysi nomen erat, aliquando crumenam<sup>55</sup> auro refertam<sup>56</sup> furatus<sup>57</sup> precandi<sup>58</sup> causā in templum intravit. Ingressus audivit praecentorem<sup>59</sup> illud<sup>60</sup> Alcorani<sup>61</sup> recitantem: «Quid est, Moyses, in dexterā tuā istud?» — Quibus auditis repentino terrore percussus: «Per Deum, tu rē verā es propheta!» exclamat et crumenā deiectā<sup>62</sup> subito pedem<sup>63</sup> effert<sup>63</sup> e templo. *Arminius.*

26 tüzes 27 természetrajz 28 eszébe jut 29 közellátó  
30 bizonyít 31 szeg 32 tinta 33 bevesz 34 ítatós-  
papír 35 okos 36 különbséget tenni tud 37 állat  
38 harap 39 állatsereglet 40 rács 41 keresztüldug  
42 zsiráf 43 lassan telik 44 ketrec 45 kidug 46 holló  
47 paraszt 48 szalmaboglya 49 élősdi 50 vendég  
51 vendéglős 52 paraszt 53 marhahús 54 utánoz  
55 erszény 56 telt 57 lop 58 imádkozás 59 elő-  
énekelő 60 azon «helyét» 61 a mohamedánok szent  
könyve 62 eldob 63 elkotródik



I.

— us, — rus, — sus, — tas, — ac, — ol,  
— ter, — ger, — va, — al, — es.

Hae litterae singulis litteris antepositis suppleantur, primae litterae in certum ordinem<sup>1</sup> redactae,<sup>1</sup> nomen Romani clarissimi efficiant. *E. Kiss.*

II.

**Urbibus** adnumeror.<sup>2</sup> Si partem<sup>3</sup> demseris<sup>4</sup>  
unam

E medio, peperit<sup>5</sup> me mater serva. *Duobus*  
Signis amissis sum rivus sanguine plenus.

III.

**Si legis** hocce, legor; si scribis carmina,  
scribor.  
**Frons**<sup>6</sup> mea amat flores, caudaque<sup>7</sup> stercus<sup>8</sup>  
amat.

1 rendbe szedve 2 hozzászámít 3 «betű» 4 elvesz  
5 szül 6 a szó első része 7 második része 8 szemét

IV.

Mitto tibi metulas,<sup>9</sup> si vis cognoscere, vertas.

V.

Cornua mi;<sup>10</sup> sed, si caput aufers, dente nocebo.

VI.

E medio lacu quadrato, cuius latus 10 pedes longum est, arundo<sup>11</sup> excrevit,<sup>12</sup> quae aquā pedem<sup>13</sup> exstat. Si arundinem ad medium lateris trahimus, summam<sup>14</sup> aquam<sup>14</sup> attingit. Quot pedes lātus est lacus?

L. Kármán.

VII.

Quis est numerus quattuor notis<sup>15</sup> descriptus, qui aequalis est quadrato notarum duarum ultimarum?

L. Kármán.

VIII.


Romana intravit in aedem Iovis et sic supplicabat: «O Iuppiter, duplica pecuniam meam!» Satis fit<sup>16</sup> petenti, quae 2 asses sacrificavit deo. Deinde in aedem Minervae ivit, ubi idem rogavit. Optatis expletis<sup>16</sup> femina rursus 2 asses sacrificavit. Templo relicto alterum<sup>17</sup> tantum<sup>17</sup> pecuniae habuit, quam initio. Quantum pecuniae habuit?

G. Totis.

IX.

Regium quidam diadema<sup>18</sup> gestat Miles, auratum pariterque calcar:<sup>19</sup> Temporum vates,<sup>20</sup> bonus et propheta. Dic mihi, quis sit.



X.



<sup>9</sup> kis oszlopokat (mēta)    <sup>10</sup> = mihi (sunt)    <sup>11</sup> nád  
<sup>12</sup> kinő    <sup>13</sup> egy lábnyira    <sup>14</sup> a víz tükre    <sup>15</sup> számjegy  
<sup>16</sup> eleget tesz    <sup>17</sup> még egy annyi    <sup>18</sup> korona    <sup>19</sup> sarkantyú    <sup>20</sup> látnok.

XI.

L. Éder.



Aenigmatum solutiones numeri 15. et duplilis numeri 16., 17. Idibus Maiis publicabuntur.

Lectoribus nostris et minimis et maioribus precamur, ut festa Paschalia feriasque laeti peragant. — *Ladislaus I.* Iam nos coram agemus de tuo aenigmate. — *Colocza.* «Ad Crucem» tarde mihi redditum est, sed illo altero me usum esse spero. Malo opuscula, a iuventute confecta, quam conversa. — *Fr. Dalnoky.* Pro aenigmatibus imaginibus expressis gratias. Unum alterumve in usum nostrum convertemus. — *Arm. Geiger.* Monacensis. Ut vides, ex salse dictis, quae miseris, unum iam in hoc numero divulgavimus. De ceteris in numero proximo uberius responsuri sumus. Pro studio Tuo singulari erga *Iuventulem* grates agimus. — *I. Prévot* in Francogallia: Litteris tuis, quantum in nobis situm erit, satisfaciemus. Nonnullos discipulorum nostrorum etiam privatim ad ea, quae poscis, adhortabimur. — *Lectoribus maioribus in Hungaria:* Si quis vestrum commercium per codicillos epistolares imaginibus ornatos optat inire atque frequentare cum iuvene studioso Francogallico, dirigat suas litteras latine vel francogallice vel germanice conscriptas ad: *Y. Prévot,* Etudiant au Collège à *Pamiers* (Ariege) en France.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.